

Heinrich Schuckmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Schuckman, Iuris Doctor ... Ad Exequias Quas Suavißimo Puerulo Heinrico Schoffen/ Filiolo suo charissimo Moestissimi Parentes hodie ... paratas cupiunt Omnia Ordinum Cives Academicos amanter invitat**

Rostochii: Wepplingius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423480>

Druck    Freier  Zugang



Schuckman, H.,

in

H. Schöff.

Rost. 1654.

38.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423480/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423480/phys_0002)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423480/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423480/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423480/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423480/phys_0004)

**DFG**

145

PROGRAMMA  
Quō  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**HEINRICUS SCHUCKMAN,**  
Juris Doctor, Codicis Professor &  
Ducalis Consistorij Assessor,  
Ad  
Exequias  
Quas  
*Svavissimo Puerulo*  
**HEINRICO**  
**Schöffen/**

Filiolo suo charissimo  
Mæstissimi Parentes hodiè horâ primâ pomeridianâ  
paratas cupiunt

*Omnium Ordinum Cives Academicos amanter  
invitat.*



**ROSTOCHII,**  
Excudebat NICOLAUS KILIUS, Academ. Typogr.  
Anno 1654.

卷之三

卷之三

Digitized by srujanika@gmail.com

William Brewster, Boston, Mass., 1912



AUSÆ sunt distinctæ, ob  
quas Adulti Infantibus, &  
hi vicissim illis præferun-  
tur. *Adultorum ætas*, velut  
corum qui usum rationis  
habent & consiliis juxta ac viribus pol-  
lent, ad obeunda in orbe terrarum of-  
ficia varia, & res hinc indè agendas  
prorsus necessaria est. Abs eâ si qui-  
dem esset, nullus esset Rebus publicis  
Scholis, rei familiari, nullus societati,  
conversationi, commerciis vitæ huma-  
næ, nullus colligendæ per media à Deo  
constituta, nullus ordinandæ propa-  
gandæq; Ecclesiæ locus, non contractus  
celebrari, non exerceri iudicium, non  
homo educari, nedum crudiri, nec  
ipsum genus humanum propagari ser-  
variq; adeò posset; Omnes insuper vir-

A 2

tutes

artes, opificia, omniaq; inge-  
niorum inventa jacerent quasi sopita  
aut sepulta, neq; ipsis naturæ bonis, quæ  
hominum gratia producta à DEO sunt,  
hominibus uti frui liceret. In adultis  
præterea virtus Regenerationis, cum  
per opera bona, cum passiones ac tri-  
bulationes varias sese exserit, commen-  
datq; multifariam gratiæ divinæ divi-  
tias, quas novissimus dies & æternæ  
vitæ gloria clarissimè patefaciet. Atq;  
hæc ratio est, quamobrem DEUS, non  
statim à Baptismo quemlibet è vita  
tollit, sed adolescere, juvenescere, con-  
senescere homines facit. Ceterum  
*Infantes*, iiq; regenerati, hæc in primis fe-  
licitate præ adultis gaudent, quod à  
multis absunt malis, quæ plures morta-  
lium in hoc & futuro seculo infelici-  
mos reddunt. Liberi nem pè sunt à cæ-  
dibus, adulteriis, furtis, obtrectationi-  
bus

49303  
S. A.

bus, in iuriis, blasphemia, aliisq; actibus peccato-  
rum grandioribus; ut ut fontem illorum omni-  
um, corruptionem naturæ, propter quam &  
morti obnoxii sunt, non minus circumferant  
quam adulti. Non turbant mentes eorum cu-  
ræ ac sollicitudines vanæ, ex vicissitudine rerum  
humanarum, quæ sensibus objiciuntur atq; per  
hos animis lese ingerunt, enatæ; non divitiæ aut  
honores effterunt, non deprimit paupertas vel  
fors' adversa, non voluptates mundi, ceu peccan-  
di illecebræ, non ullæ consuetudines pravæ per-  
vertunt. Simplicitatem porrò & humilitatem  
pueritiae tanti æstimat Salvator, ut eam exempli  
loco statuat, quod Christianorum quisq; parti-  
ceps futurus regni cœlorum, imitetur. Deniq;  
ab omnibus animæ periculis tuti infantes, tem-  
porali hâc vitâ, cum visum DEO fuerit, felicis-  
simè excedunt, indubitate Cœlestium Cives, eò  
quod regenerationis gratiam, quam adultorum  
multi admisisis contrâ conscientiam peccatis  
perdutis, adeoq; fidei ac salutis naufragium fa-  
cunt, illis salyam illibatamq; retinent. Hæc  
& horum similia cogitabunt Parentes mœstissi-  
mi, Pater nempè vir præstantissimus JACOBUS  
Schoff/ Republicæ Rostochiensis Secretarius,  
& Mater MARGRETA Quistorps/ Fæmina le-  
tissima, atq; virtutibus muliebrem sexum de-  
corantibus conspicua, cogitabunt inquam in

invento Filioli im HEINKICI, & mortori ter-  
minum fagent. Natus is est die 7. Februarii  
hujus ipsius anni millesimi, sexcentesimi, quin-  
quagesimi quarti, circa sextam matutinam; de-  
natus die 2. Septembris, manè ante octavam.  
Breve illud gaudium fuit quod ex infante s<sup>r</sup>avis-  
simo ceperunt Parentes φιλότοργος qui filio-  
lo suo ineffabiles delicias, quas ille nunc percipi-  
pit & æternum percipiet, non invidebunt. Dele-  
ctetur hic impius multitudine auri argentiq;  
ille in cœlis cum universo beatissimorum An-  
gelorum & electorum hominum choro dele-  
ctatur multitudine pacis. Delectetur mundus  
opiparis & luxuriosis conviviis: ille delectatur  
DEO. DEUM manducat ne esuriat, bibit  
eum ne sitiatur, illuminatur ab eo ne cæcutiat.  
Qui fari hic per ætatem non potuit, ibi laudes  
DEI sui inexplicabili voce decantat. Jacuit  
hic in cunis constrictus fasciis; ibi sedens in thro-  
no Christi & regia libertate donatus triumphat.  
Disciplina capax hic nondum erat, ibi omnem  
præsentis seculi sapientiam ex alto despicit. Va-  
giit hic & ærumnosam mortalis vita condicio-  
nem peccato contractam deploravit, ibi exulta-  
t gaudio perfusus inæstimabili. Non senescet  
in cœlis, non tabescet, non putrescet, ab omni  
corruptione liber. Nullum ibi adversarium  
habet, nullum metuit infortunium, nullum re-  
formi-

formidat periculum. Non mortem ibi, non  
luctum, non lassitudinem, infirmitatem,  
æstum, frigus, molestiam sentit. Vivit, qui-  
escit, refocillatur in D E O, quem possidet totus.  
Speraverunt equidem Parentes, fore, ut filius hic  
Majorum suorum, Avi nimirum Paterni pru-  
dentissimi viri Dn. NICOLAI Schaffen/ Sena-  
toris & Camerarii Civitatis Sternbergensis spe-  
Ciatissimi: Materni, Viri admodum Reverendi  
Clarissimi & Excellentissimi Dn. D. JOHAN-  
NIS QUISTORPII, Theologi celeberrimi,  
Facultatis Theologicæ quondam Senioris, &  
Ecclesiæ apud nos Superintendentis venerabilis:  
Aviæ item paternæ, MARGARETÆ Gruben/  
& quæ per DEI gratiam in vivis adhuc est, Ma-  
ternæ BARBARÆ Domans / matronarum  
honestissimarum, virtutes imitaturus, utilem  
aliquandò ac salutarem communib[us] operam  
navaret. Verum spem istam optimus D E U S in  
sortem meliorem commutavit, quâ beatus ab  
omni parte, perfectusq; illicò factus infans tenel-  
lus, itâ quasi compellat versantes in terris, terre-  
nisq; rebus addictas mentes. Quæ vos agit ve-  
sania, vitiorum sitire absinthium, mundi sequi  
naufragium, impiæ tyrannidis ferre dominium;  
& cur non magis convolare nitimini ad sancto-  
rum felicitatem, ad angelorum societatem, ad  
solennitatem supernæ lætitiae, ad jucunditatem  
vitæ

vitæ non perituræ, ut possitis penetrare in virtutes Domini, & videre superabundantes divitias bonitatis ejus. Illuc felicinandum, ubi semper vivendum. Si enim (quæ Augustini olim commonefactio fuit) sic amatis istam misericordiamq; vitam, ubi cum tanto labore vivitis, & ubi vix currendo, sudando, suspirando, necessariis corporis satisfacitis; quanto magis amare debetis vitam æternam, ubi nullum laborem sustinebitis, ubi semper summa securitas, summa felicitas, felix libertas, felix beatitudo. Hæc & quæ paria his sunt, penitus considerandi, occasionem dat funus hodiernum; Cujus deductioni, Cives Academiæ omnium ordinum honoratissimi lectissimiq;, ut frequentes intersitis, amant vos invito. Dabitis hoc, quicquid officii est, solatio Parentum mœstissimorum, dabitis memoriae piæ D. QUISTORPII Senioris, Viri de Republicâ literariâ præclarè meriti, ut & familiæ totius honori. P. P. Rostochi, sub  
sigillo Rectoratus; die 5. Septembris

Anno 1654.

*Conventus fiet in Tempio Jacobeo hora  
primâ.*

iupel ibiqui. tunc inquit quoniam in iuris suis  
convenimus obseruat a f(o)to xij*iiij* cunctis  
obligatis in iuribus et iudicioribus nostris  
habetur iuris iustitia. sed in ba  
ampliatur iuris iustitia in  
alio



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423480/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423480/phys_0013)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423480/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423480/phys_0014)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423480/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423480/phys_0015)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777423480/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423480/phys_0016)

**DFG**

formidat periculum, Non  
luctum, non lassitudinem  
estum, frigus, molestiam se-  
escit, refocillatur in DEO, qu-  
Speraverunt equidem Parentes  
Majorum suorum, Avi nim-  
identissimi viri Dn. NICOLA  
toris & Camerarii Civitatis S.  
Etatissimi: Materni, Viri ad-  
Clarissimi & Excellentissimi P.  
**N I S Q U I S T O R P II**, Th.  
mi, Facultatis Theologicæ qu-  
Ecclesiæ apud nos Superinten-  
Aviæ item paternæ, M A R G A  
& quæ per DEI gratiam in v-  
ternæ BARBARÆ Domarum  
honestissimarum, virtutes im-  
aliquandò ac salutarem commi-  
navaret. Verum spem istam o-  
sortem meliorem commutav-  
omni parte, perfectusq; illico  
lus, ita quasi compellat versan-  
nisq; rebus addictas mentes.  
Sania, vitiorum sitire absinthiu-  
naufragium, impia tyrannidis  
& cur non magis convolare ri-  
rum felicitatem, ad angeloru-  
solennitatem supernæ lætitiaz,



the scale towards document

ibi, non  
uitatem,  
vit, qui-  
et totus,  
filius hic  
erni pru-  
n/ Sena-  
nsis spe-  
verendi  
**D H A N-**  
eleberri-  
nioris, &  
erabilis:  
Gruben/  
est, Ma-  
onarum  
utilem  
operam  
E U S in  
eatus ab  
nstene-  
lis, terre-  
agit ve-  
di sequi  
linium;  
sancto-  
tem, ad  
litatem  
vitæ

ImageEngineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

051

Patch Reference numbers on UTT